



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Coloniense, Qvo Avctoritate Victoris Papae Balduinus &  
Godefridus comites Flandriae Henrico regi quinquennali conciliati fuerunt,  
anno Domini MLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

CONCILIVM COLONIENSE,  
ANNO CHRISTI 1056.  
QVO AVCTORITATE VICTORIS PAPÆ  
Balduinus & Godefridus comites Flandriæ Henrico  
regi quinquennali conciliati fuerunt, anno Domini  
MLVI.

N O T A.

Causa &  
acta Con-  
ciliis.

\* *Concilium.*] Balduinus & Godefridus ambo Flandriæ comites hostes erant imperiales, a quibus rex quinquennalis iure sibi metuere poterat. Cum ergo Henricus imperator moritus filium suum pontifici commendasset, ille necessarium esse iudicabat, ut perduelles imperii, qui regnum intestinis bellis grauiter inquietare potuissent, cum rege adhuc puero conciliarentur. Qua de causa generali Synodus Coloniæ celebrandam indicens, *In ea*, inquit Sigebertus, *Balduinus & Godefridus, mediante papa Victore, ad gratiam regis & pacem reducuntur, & omnes bellorum motus sedantur.* In hac inita concordia redditam fuisse Beatricem viro suo Godefrido par est credere, licet illud auctor non dicat. Baronius anno 1056. numero II.

SYNODVS LANDAVENSIS  
SVB HERGVALDO XXIX. IBIDEM EPISCOPO.

CIRCA  
ANNVM  
CHRISTI  
1056.

*In qua familia regis excommunicatur ob vim illatam per ebrietatem medico & nepoti episcopi in festo nativitatis Domini.*

FAMILIA Catgucauni regis Morcannue filii Mourici in die nativitatis Domini visitauit Landauiam bono affectu, & vt dicitur de virga Aaron versa in draconem, animus illius familie tardus ad sperandum bonum, velox ad faciendum malum, & ditatus præ nimio gaudio tantæ festiuitatis, cœpit bacchari copia portationis, sequestrata discretione sobrietatis, intantum quod imperfecti viri amisæ vi scientiae & pietatis, deuastauerunt vnum familiarem & nepotem Hergualdi episcopi, Berthutis nomine, virum iustum & medicum totius patriæ, & facta tam execrabilis inuasione, & sub ala sanctorum Dubricii, Teliavi, Oudocei & asylo; misit episcopus legatos suos per omnes ecclesias totius suæ dioeceseos obtemperantes sibi infra ostium Taratir, super ripam Gui & ripam Tyui, vt simul